faſtigio quodam, ſimul cum ſubjectô igni accenſura in æthereum aquila dimittitur[...]
quæ in cœlum creditur ipſam Principis animam deferre. Hæc legg. Herodianus,
qui ad fidem pleraq; dixit, ipſe eorum, quæ ſtylô eleganti, perſpicuo, atq; tali
ne, qualis Hiſtoricum decet, commemorare ſolet, αὐτόπτης & αὐτήκοος. Sed
Conſecrationem talem tandem ſubſecutum fuiſſe, putatis A. V.? Conſecratis ja[m]
inq; Deorum numerum adſcriptis Principibus ampliſſimi exhibebantur honores.
Templa namq; illis, tanquam veris numinibus, ſtatuebantur: deinceps quum
na eſſent ſine ſacris templa, Flamines quoq;, Sacerdotes, & Sodales conſtituti
tur: qui ſacra in cujusq; memoriam peragerent, ſummâ religione tanquam [...]
um colerent: qui nuper in Deorum cenſum relatus eſſet. Indeq; & paſſim [...]
storiis atq; Lapidibus Flamines & Sodales, Quirinales, Auguſtales, Clau[dia]
les, Flaviales, Trajanales, Hadrianales, Antoniniani, & aliorum Divorum [...]
variúmq; Sacerdotes nominantur. Nondum finis poſtremi honoris. Namq; & ſ[plen]
didiſſimæ eorum, qui in Deos relati, imagines ad Deorum formam efformatæ
eorundémq; ſigna ſimul, radios nimirum, aſtra, fulmina, & alia quæ ſe fe[ren]
tes, ſummâ cum veneratione circumferri ſoleverant. Ne dicam: quod Romani
inſuper per nomina ac numina conſecratorum Principum juramenta ſan[cti]
ſima præſtari, ac Saliari carmine cani eosdem voluerint. Pergerem quidem in
hoc ſtadio, donec totum illud cum laude decurrere liceret, feliciterq; ad metam
pervenire. Sed curſu feſſus deſino, atq; ad carceres, à quibus incepi, multitu
dine rerum dicendarum, quæ adhuc reſtant, territus recurro. Vos, Vos [...]
plurimum Venerandi Auditores, ipſi perſpicitis: quam latè mihi ſtadium [...]
teat: in quô pergere poſſem, ſi ratio temporis & aurium veſtrarum [...]
permitterent. Certè ego juſtæ ~~[...]~~ magnitudinis librum recitare poſſem: ſi [...]
a oratione perſequi, quæ huc pertineat, volupe eſſet. Dum verò Orationis meæ
vela, benignâ aurâ veſtrâ, Auditores, fretus complico, portum ſimul reſpicio,
ad littus cymbam meam pello: ne ulterius Vobis moleſtus ſim. Dixi ego enim [...]
nò cum ſatietate aurium veſtrarum de re propoſitâ, & ita quidem dixi: ut [...]
jam de præcipuis funerandi ritibus, qui apud Romanos potiſſimum recepti [...]
rant, inter Vos omnes conſtet. Dixi enim, quæ ante funerationem; dixi, quæ in
funeratione; dixi denique, quæ poſt funerationem apud Romanos fieri conſueverant[...]
Vos ergò, quod ſupereſt, jam compello, atq; rogo: annon tota illa funerandi ratio[...]
nimium ſplendidiſſima fuerit, magnificentiam & ipſa mirandam quæ ſe ferentem ~~[...]~~ conſp[...]
tacetis: res ſalva eſt: Vósq; & ipſimet tacitè quaſi ſententiam meam ~~[...]~~ con[...]
re videmini. Non itaq; cohibere me poſſum: quin totus in admirationem in [...]
tionis hoc calce rapiar, maximéq; ſonorâ voce exclamem: O ſplendorem nu[...]
ævô ſatis celebrandum! O magnificentiam ad ſeros uſq; nepotes tranſmitten
dam!